

*praesens enim consilium augetur hominibus et in aliis dicit. Quantum alii fiunt<sup>iii</sup>, tantum illis semper et sapere alia repreäsentat. Haec legitima interpretatio eiusdem Aristotelis illegitimam illam priorem esse arguit, et multo magis idem arguunt haec alia Empedoclis carmina a Sexto Empirico allata:<sup>7</sup> Sic nec visibilia haec hominibus nec audibilia nec mente perceptibilia. Ubi clare sensus a mente distinguuntur.*

Nec vero rectius his contortum aliud illud crimen 1. De generatione capite 8:<sup>8</sup> Verum quemadmodum Empedocles et aliorum quidam dicunt, pati per poros, sic omnem alterationem et omne pati ad hunc fieri modum per vacuum facta resolutione ac corruptione. Non est enim rationi consentaneum Empedoclem, qui vacuum omnino negat (testante Aristotele eodem ex illius carmine, οὐδέν τι τοῦ παντὸς κενὸν πέλει<sup>iv</sup>), per vacuum fieri alterationem affirmare. Atque ita haec etiam cavillatio nullius esse momenti appetat.

Falsa quoque est alia illa primo De sensu capite 4:<sup>9</sup> Necesse vero est aut in seipsa aquam habere genera saporum insensibilia, sicut Empedocles dicit. Et mox de agente causa:<sup>10</sup> Veluti si quis calidum et solem dicat, horum, ut quidem Empedocles inquit, nimis conspicua est falsitas: Neutrum horum Empedoclem dixisse authores sunt Aetius et Plutarchus. Ille in Philosophica historia Empedoclis de saporibus opinionem sic recenset, capite: quomodo plantae cre-

<sup>7</sup> οὗτως οὕτ' [οὐδὲ] ἐπιδερκτὰ τὰδ' ἀνδράσιν [ἀνθρώποισιν] οὐτ' ἐπακουστά οὔτε νόρι περιληπτά. [S.E. M. 7.123.9 – 124.1]

<sup>8</sup> ἀλλ' ὁσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τῶν ἄλλων τινές φασι πάσχειν διὰ πόρων, οὗτα [οὗτως] πᾶσαν ἀλλοίωσιν καὶ πᾶν τὸ πάσχειν τοῦτον γίνεσθαι τὸν τρόπον, διὰ τοῦ κενοῦ γινομένης τῆς διαλύσεως καὶ τῆς φθορᾶς. [ARIST. G C. 325b.1 – 4]

<sup>9</sup> ἀνάγκη δ' ἡ ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὰ γένη τῶν χυμῶν ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησίν. [ARIST. Sens. 441a.4 – 6]

<sup>10</sup> οἷον εἰ τὸ θερμὸν καὶ τὸν ἥλιον φαίη τις. τούτων ὡς μὲν Ἐμπεδοκλῆς λέγει λίαν εὐσύνοπτον τὸ ψεῦδος. [ARIST. Sens. 441a.9 – 11]

<sup>iii</sup> Corr. ex *aliis dixi*; vjerojatno je pogreška; usp. Didot: Quantum alii fiunt mutantque, etiam sapere ipsis altera semper adest tantum.

<sup>iv</sup> Usp. EMP. Fragm. 13.3 i ARIST. Xen. 976b.26.